

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 285

**Autre(s) référence(s) :** Tabuteau 288

**Auteur(s) :** Guillaume Ier le Conquérant, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Montebourg, Notre-Dame (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** faux

**Datation :** [1066-1087]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Faux diplôme de Guillaume le Conquérant en faveur de l'abbaye de Montebourg.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa, t. XI*, Paris, Palmé, 1874, Instr. Eccl. Const., n° IV, col. 229-231.

### Indications

Bouvrin Jean-Michel, *Un bref inédit de Robert Courte-Heuse, duc de Normandie, relatif à l'abbaye de Montebourg, au diocèse de Coutances, Actes du 105e congrès des Sociétés savantes, Caen, 1980, section de philologie et histoire jusqu'en 1610*, 1984, p. 126-127.

## Dissertation critique

La liste des souscripteurs est incompatible avec la datation proposée.

Faux peut-être rédigé au XV<sup>e</sup> siècle.

Texte établi d'après a

Willelmus, rex Angliæ, et dux Normanniæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, et omnibus per Angliam et Normanniam constitutis, salutem in Domino. Sciatis quod ego mortalis vitæ conditionem considerans, et omnia quæ in ea sunt, præter id quod propter Deum fit transitoria et mutabilitati subjecta esse non ambigens, et de salute animæ meæ non cum corpore morituræ, sed in æternum victuræ sollicitus, quæ mihi post dissolutionem corporis futura sunt penitus ignorans, secundum sententiam qua dicitur : Abscondite eleemosynam in sinu pauperis, et ipsa orabit pro vobis ad Dominum, dedi et concessi pro salute animæ meæ et omnium antecessorum et successorum meorum, pro statu et incolumitate regni et ducatus mei, do etiam et concedo, et præsentī charta mea confirmo abbatīæ S. Mariæ Montis-burgi et abbati et monachis in ea de cetero Deo servientibus, locum in quo sita est abbatia, et villam Montisburgi cum mercato, et nundinis, et molendinis, et omnibus pertinentiis. Volo autem et districte præcipio ne justitiæ meæ manum mittant pro justitia facienda in villa Montis-burgi diebus mercati sive nundinarum, sed plenariam habeant justitiam abbas et monachi de omnibus quæ in villa Montis-burgi diebus illis evenerint, et de omnibus rebus de quibus affidare poterunt homines sui, quod sint propriæ res ipsorum, liberi et quieti sint prædicti abbas et monachi Montisburgi per omnem terram meam

a teloneo et passagio, et pontagio, et omni consuetudine, ubicunque fuerint in terra et in mari, et in portubus ementes et vendentes, locantes et conducentes, commutantes, sive de loco ad locum transferentes. Do etiam et concedo prænuntiata abbatiæ et abbati, et monachis in foresta mea Montis-burgi ligna clausuræ, et foco, et ædificiis, et omnibus aisiamentis suis necessaria, et ut habeant in eadem foresta omni tempore pasturam porcis et cæteris animalibus suis, et libertatem, et quietantiam pasnagii sui et omnium consuetudinum ad eandem forestam pertinentium ; et in foresta mea de Bruis do et concedo præfatis abbati et monachis Montis-burgi ad focum hospitum suorum tot arbores singulis annis, quot hebdomadæ sunt in anno, quas recipient per manum forestariorum, et de tot arboribus quieti sint forestarii de quot garantizaverint eos monachi per tallias suas, et in eadem foresta habeant sæpedicti abbas et monachi Montis-burgi marramenta ad ecclesiam et ad alia ædificia sua, et pastionem porcis et pastus ceteris animalibus suis, et libertatem et quietantiam pasnagii sui et omnium consuetudinum ad eandem forestam pertinentium et in omnibus aliis forestis meis de Constantino ; et ut sæpedicti monachi Montis-burgi habeant potestatem et libertatem cum abbas obierit, eligendi alium quem ad hoc noverint idoneum, absque alicujus contradictione vel reclamatione, vel pars etiam capituli quamvis minor. sanioris tamen consilii, secundum Dei amorem et ordinis sui consuetudinem : do insuper et concedo præfata abbatiæ Montis-burgi et abbati et monachis maisnillum sancti Cyrici, usque ad medium aquæ ibi currentis, cum ecclesia et decimis, et unam mansuram apud Barbefluctum, et terram Arnulphi de Scamescon, quæ est in Coères, et tres mansuras terræ Sortoevillæ de feodo Turgisi grossi et decem acras de terra Roseæ, et terram unius carrucæ in eadem villa, et triginta acras terræ in Joganvilla, et terram unius carrucæ in Amundevilla ; et hæc omnia concedo et confirmo manu mea †. Signum Anselmi † Cantuar. archiepiscopi. Signum Rad. episcopi † Cestriæ. Signum Roger. episcopi † Salberia. Signum Ranulphi episcopi † Dunelmensis. Signum Herberti episcopi † Norvicensis. Signum Roberti episcopi † Lincolnia. Signum Willermi episcopi † Oxon. Signum Willermi episcopi † Winton. Signum Joannis episcopi † Batonia. Signum Sansonis episcopi † Wigor. Sig. Urbani episcopi † Langdaciens. Signum Hugonis abbatis † sancti Augustini. Signum Herlewini abbatis † Glaston. Sign. Ricardi abbatis † de sancto Albano. Signum Roger. abbatis † de Abendon. Signum Petri abbatis † Glocestria. Signum Germundi abbatis † Wincecumbæ. Signum Richardi de Redvers †. Signum Simonis † comitis. Signum Eustachii † comitis. Signum Bald. filii Ricardi de Redvers. Signum Willermi † fratris ejusdem Bald. Signum Rob. capellani †. Signum Willermi Estur. Signum Hunfredi de Bohun †. Signum Alfredi de Lincolnia †.